Cupere alicui C. idẽ quod causa alicuius cupio. i. amo.
Curatio Medicorum, V. cura.
Curare corpora V. curam gerere.

D

DE amicis, Cic. pro ex amicis.
De meo consilio, V. secundum meum consilium.
Do cũ causam denotat, Ci. pro propter, aut ob, ut pro commutandis captiuis. i. propter commutandos.
Decantare C. quasi ex præscripto aliquid recitare & ad satietatem vsque inculcare.
Decedere solum, vel è vita decedere, Cic. pro mori.
Decernere re aliqua, V. diffinire re aliqua, vt ferro & [illegible] etiam sententiis.
Decertare, Cic. pro certare.
Decidere, V. conuenire de summa aliqua.
Dedicare, C. pro aliquid alicui Deo consecrare.
Dedita opera aliquid facere, C. p libẽter quoq; facere.
Deduci in eum locum, V. ad hoc aliquid iam venire vel in eum statum peruenire.
Deducere, V. scontrare vel de summa adimere.
Deferre aliquid alicui, V. præsentare.
Deferre ad populum, Cic. proponere aliquid populo.
Deficere aliquid aliquem, Cic. pro deficere aliquid alicui, cum accusatiuo, & non datiuo.

Definire

Definire cum ablatiuo, C. pro existimo vel metior.
Deflagrare, Cic. pro incendi, comburi, vel exuri.
Deformare aliquid, V. conspurgare.
Defungor, C. pro liberor vel explicor.
Degere vitam vel ætatem, C pro viuere.
Degustare, Cic. pro gustare vel experiri.
Deijci magistratu, V. deponi de officio.
Deijcere aliqua re vel de aliqua, V. pro deponere.
Deintegro, V. à principio vel de nouo.
Delabi, C. pro cadere vel decidere.
Deliberare aliquid, V. secum concludere aliquid.
Delicias, C. pro re charissima vt est in delicijs.
Delitescere, V. se abscondere, vel latere.
Demigrare aliquò, V. ire ad manendum aliquò.
Remissus, V. humiliatus.
Demisse, V. humiliter.
Demittere se, V. humiliare se.
Demortuus, C. pro mortuus.
Denegare aliquid, C. pro negare.
Denunciare aliquid alicui, V. facere intelligere.
Denunciare, V. protestari vel latinius testari.
Denunciare bellum, C. pro prædicere, & indicare.
Depacisci cum aliquo, V. venire ad certas conditiones cum aliquo.
Deponere pecuniã, C. pro cõmittere alicuius fidei.
Deponere aliquid, V ponere aliquid ex corde suo vel non amplius recordari.
Dependere, C. pro pendere.
Deperdere, C. pro perdere.
Deportare se aliquò, C. pro conferre.
Deprecari pro aliquò, V. intercedere pro aliquo.
Deprecator, V. intercessor.
Deprecatio, V. intercessio.
Deprehendere aliquem in aliquo facto, V. in ipso facto inuenire aliquem.
Depromere, C. pro accipere.
Depugnare, Cic. pro pugnare.
Deriuare culpam in aliquem, Cic. pro reijcere.

Dero.

Derogare, Cic. pro non tribuere.
Deſcribere à Rep. Cic. pro deficere.
Deſcribere aliquid, V. ex alicuius exemplari aliquid transſcribere.
Deſcribere, Cic. diſtribuere & partiri.
Deſperare vitam, vel de uita, V. deſperare ſe de vita.
Deſperare alicui vel ab aliquo, Cic. pro deſperare.
Deſtinare, C. pro cōſtituere, decernere, & attribuere.
Deturbare, Cic. pro deijcere.
Deuincire aliquē beneuolentia, V. Pro obnoxiū eſſe.
Diffidere alicui, C. pro deſperare, uel non confidere.
Dilabi, Cic. pro concidere effugere & obliuiſci.
Diloricare veſtem, V. diſcingere religare & aperire.
Dimouere, Cic. pro remouere.
Diœceſis, Cic. pro adminiſtratione & procuratione regionum prouinciarum Regni.
Cui qui præſunt diœceſes appellantur.
Dirigere aliquid aliqua re, C. pro aliquid ad aliquā rē.
Diſcedere terram, V. aperire ſe terram.
Diſcedere à ſe ipſo, V. in eſtaſin incidere immutari & ſui diſsimilem fieri.
Diſceptare, Cic. pro diiudicare, aut cognoſcendo, & audiendo cauſam iudicio & cōtrouerſiam dirimo, & non contendo, vt V. putat.
Diſceptator, Cic. pro iudice & non diſputatore, uel litigatore, aut pro eo qui de re aliqua cōtendit, hinc diſceptatio.
Diſcutere, C. ꝑ diſquirere quę deteguntˀ, vel pelluntˀ.
Diſiunctum eſſe, V. ualdè longe à ſe inuicem abeſſe.
Diſpertire, C. pro in uarias partes diſtribuere.
Diſpicere, Cic. pro iudicio aliquid perſpicere, quod eſt confuſum & uanum.
Diſrumpi, V. crepari dolore, uel inuidia.
Diſſentire cum aliquo, Cic. pro ab aliquo.
Diſsipare, v. unum huc, alterum illuc proiicere, uel in uarias partes diſtrahere.
Diſſoluere æs alienum, V. ſatisfacere ære alieno.
Diſtineri, Cic. pro impediri & occupari.

Diſtut-

Disturbare, V. ponere subter supra.
Ditio, Cic. pro imperio statu & potestate.
Diuulgare, V. aliquid inter homines dispergere, omnibus in ore dare, vel copiam facere.
Dominatio, Cic. pro tyrannide, & non dominatu, & principatu.
Dubium esse aliquid vel de aliquo venire in dubium, Cic. pro dubitare & dubitationem habere.
Duci ab aliquo, Cic. pro oriri, vel originem habere ab aliquo.
Ducere rationem alicuius, Cic. pro habere rationem.
Duci aliqua re, Cic. pro commoueri & delectari.
Ducere tempus, V. prolongare vel extendere.
Dudum, V. paruo tempore ante.
Nihil dum, Cic. pro nondum.

E

E A re, Cic. pro propterea.
Edicere, V. mandata publicare, vel affigere: Hinc edictum.
Edere, Cic. pro diuulgare.
Eligere, Cic. pro certi aliquid præscribere, vel comprehendere, vel nominare.
Efferre fructus, C. pro proferre quodcunq; vsurpauit.
Efferre, V. ad sepulturam ferre funus vel mortuum.
Efferri funere, V. pro ferri funus ad sepulturam.
Efferre, Cic. pro extollere.
Efferre aliquem ad aliquid, Cic. pro excitare vel commouere.
Efferre aliquem in cœlum laudibus, Cic. pro laudare.
Efferuescere, V. pro effluere, vel ebullire, quo Cic. in hoc sensu non vtitur.
Efficiens,, V. effectiuus.
Efficienter, V. efficaciter.
Efficacitas, V. efficacia.
Efflorescere, V. excrescere.
Effluere, Cic. pro præterire & obliuisci.
Effundere, Cic. pro dico quæ in animo habeo.
Egens, Cic. pro egeno.

Elabo-

Elaborare, Cic. pro valde elaborare, vel operam dare
Eleuo, Cic. pro leuo.
Elogiū, Cic. pro epitaphio, vel qđ in laude est alicuius.
Elucere, Cic. pro apparere, clarum esse.
Emanare, Cic. pro oriri, vel pro diuulgari.
Ementiri, Ci. pro falsò fingere, vel aliquid callidè excogitare.
Enectus fame, siti. V. mortuus fame.
In sententiam ire, Cic. pro assentiri.
In duplum ire, Cic. pro duplum damnum accipere, V. duplo plus dare.
Etiam atque etiam, Cic. pro valde.
Euadere somnia, V. reuscire somnia solere.
Euenire benè, vel malè, V. finem vel exitum bonum, vel malum habere.
Euoluere, Cic. pro explicare & aperire.
Ex lege administrare, V. secundum legē administrare.
Ex vtilitate, ex scriptione, ex testamēto, ex plebiscito.
Ex mandatis ex præceptis, ex volūtate, ex commodo.
Ex sententia, ex consilio, ex autoritate, ex tempestate.
Ex actione, ex natura, & nō scđm cum his nominibus nisi in hoc sensu, secundū naturā viuere, & nō aliter.
Ex ędificare, Cic. pro struere & ædificare.
Ex æquare, Cic. pro æquum vel æqualem facere.
Exagitare, Cic. pro vexare, & agitando commouere.
Examinare ponderibus, Cic. pro ponderare.
Exardescere, Cic. pro grauiter concitari.
Excedere, Cic. pro quasi discedere.
Excidere, Cic. pro inconsiderate aliquid dicere.
Excidere etiam, Cic. pro obliuisci.
Excipere, V. intercipere.
Excipere, Cic. pro audire.
Excurrere, V. facere celerem cursum in re priuata vel animi causa.
Excutere, Cic. pro scrutari, vel diligenter inspicere.
Ex ecare, Cic. pro excindere, vel excidere.
Execrari aliquem, V. blasfemare.
Exemplum literarum, V. copiam.

Exemplum

Exemplum,V. tenorem dicit.
Exhaurire ærarium,V uacuare.
Eximere, Cic. pro eripere.
Existimare benè uel malè,de aliquo,V.opinionem bonam uel malam habere de aliquo.
Expectatio, Cic.pro desiderio, fide & spe.
Expendere,Cic.pro pendere
Experiri. Cic.pro intendere actionem.
Explere,Cic.pro satiare.
Exploratum esse,Cic.pro certo scire, uel certum esse.
Expromere,Cic pro in lucem ferre.
Exquirere,C c.pro diligenter inquirere,uel quærere. Hinc exquisitus quod magno iudicio est delectũ.
Exterminare,Cic.pro eiicere.
Extremũ,uel in extremis libri uel literarũ, V.in fine.
Exturbare,C c.pro deturbare.
Exultare,C. pro se efferre, vel iactare lętitia immoderata.

F

FACERE medicinam,Cic.pro mederi.
Facere piraticam, Cic.pro deprædari in mari.
Facere topiariam.
Facere argentariam.
Facere aliquem loquentem,C.pro introducere.
Facere damnum iacturam detrimentum.
Fac esse, V.pone casũ,qđ sit,uel dato qđ sit,uel posito.
Fallo nisi me fallit,v. nisi errem.
Fasti,orum,v.calendaria,vel almanach,uel diaria.
Fatum,in aliquo fato natum esse,v. in aliquo planeta, aut sidere.
Fert opinio,coniectura, spes, Cic. pro opinor, conijcio, spero.
Fert tempus,causa,res,v. tempus, causa, res permittit exigit postulat.
Sic natura,fortuna,occasio,consuetudo,amor,ętas commodum,ferunt.
Ferre tribum,centuria, suffragia, v. unius tribus nomen,aut uocem habere.
Ferre repulsam,C.pro reiici in petitione magistratus.

Ferre

Ferre ſuffragium,Cic.pro ſuffragari.
Ferre legem,V.facere ſtatutum, aut legem.
Ferre ad populum de aliqua re, Cic.pro proponere aliquid populo.
Ferre ſententiam,V.dicere ſententiam vel dare.
Ferre conditionem, Cic.pro pręſcribere.
Feſtus dies,Cic.pro feriis, V.feſtum.
Feſtiuitas,Ci.pro ſermonis vbertate,iucunditate & venuſtate.
Fidenter,V.confidenter,aut audenter.
Fides,eſſe in fide alicuius,V.ſtare ſu la fede d'alcuno.
Fiducia,V.obligatio,& pignus,quod alicui ceditur,dum ſoluat quod debetur.
Fingo,Cic.pro ingenioſè aliquid excogito,vel formo.
Finire, Cic. pro circumſcribere aliquid certis finibus & terminis.
Flagrare ſtudio,amore,deſiderio alicuius,Cic.pro ardere tranſlate.
Fluere, Cic.pro pręterlabi.
Fœdo,V.conſpurgo,as.
Hinc fœdus,a,um,pro turpi.
Fortuitus,a,um,V.quod vltro ſua ſponte cadit.
Fortunę,arum,Cic.pro bonis.
Fortuno,Dij te fortunēt,V.det tibi Deus bonā fortunā.
Fraus,eſſe fraudi alicui, C. ꝓ nocere,vel incommodare.
Frequens eſſe,V. concio vel ſchola, vel ſenatus plenus, vel multos eſſe.
Sic frequens eſſe, pro crebro, frequēs audire, venire.
Hinc frequentia.
Frequentare,V.facere vel ponere vti aliqua re.
Fugere aliquem,Cic.pro ignorare.
Fugiens vinū,V.vinum quod non tenetur,vel ſe tenet.
Fungi munere & offi.V.facere debitum & offi.ſuum.

G

GENERATIM, V. vniuerſaliter.
Sic ſpeciatim,V.pro ſpecialiter, particulariter.
Gerere negotium,Rempu.ſocietatem,amicitias, ſimultatem cum aliquo, Cic.pro facere.

Gratulari alicui affinitate, Cic. pro lætari.
Grauitas cœli, vel loci, V. nõ eſt bonus aer, vel eſt malus (aer.

H

H A B E O bene, vel malè res ſe habet, V. bene vel malè res vel ſtat vel tranſit.
Habere cognitum perſpectum, & huiuſmodi, Ci. pro cognoſcere & perſpicere.
Sic habere domitum, ambiguum, expertum, exploratum, paratum, ſollicitum.
Sic habeto vel habeas, Ci. pro intelligito & accipito.
Habere cum Ind. vt habeo dicere, C. pro poſſum dicere.
Hærere in aliqua re, Cice. pro dubitare & impediri, quo minus progredi poſsit.
Hęrere peccatum & huiuſmodi in aliquo, V. obnoxium aliquem eſſe in peccato.
Hærere aliquid in viſceribus medullis, V. ꝑ nũquã obliuiſci.
Haurire tranſlate, Cic. pro accipere.
Haurire ſumptum, voluptates, artes, legem, dolores calamitates luctum.
Honorem habere vel facere, V. honorem dare.
Honore præfari, V. ſit venia dicta, vel cum venia.
Hoſpes qui beneficio accipit, V. caupo qui pretio.
Humilis, Cic. pro abiecto & vulgari.
Humilitas, Cic. pro vilitate.

I

Iacere, Cic. pro eſſe abiectum, neglectum, non clarum, aut meſtum eſſe.
Iactari, Cic. pro exagitari vel exercitari.
Iactare ſe, Cic. pro multa ſibi arrogare & tribuere.
Iam initio ſententiæ, quæ antecedentibus iungitur, Ci. pro præterea.
Iamdiu, iampridem cum præſenti tempore, V. egli è gran tempo ò pezzo.
Id temporis, id ætatis, Cic. pro eo tempore, ea ætate.
Illudere aliquem & alicui, Cic. pro irridere.
Imbuere prauitate, errore, odio, C. pro implere ſcelere.
Imminere alicui & in aliquod, V. aſpirare & appetere.
Impingere, C. affligere, & inijcere, V. illidere & offendere.

Implicari

Implicari cum ablatiuo, vt se implicat societate, V. cum datiuo societati.
Sic implicatus consuetudine, V. consuetudini.
Imponere aliquid alicui, V. grauare aliquem aliqua re.
Imponere psonas vel partes, V. offm imponere vel dare.
Impotens vel animo impotenti esse, V. non posse se ipsum regere vel coercere.
Hinc impotentia.
Impunè aliquid facere, C. pro nō puniri, V. impune esse.
In singulos dies, in mensem, in annum, V. singulis diebus, pro vno mense aut anno.
In modicos singulos, in cados singulos, in libram, V. pro singulis modiis, pro qualibet libra.
Inanimus, a, um, Cic. pro animatus, a, um.
Inanis & hoc inane, V. sine proposito, & vanum.
Inauratus & auratus, V deauratus vel auro obductus.
Incidere linum, Cic. pro discindere linum, quo epistolæ stringuntur & obsignantur.
Incipio, cuius præteritum cœpi vsurpat, Cic. pro incepi quo non vtitur.
Inclamare, Cic. pro clamare & vocare.
Inclinare inclinatus cum ab, V. abbassare.
Hinc inclinatio, C pro mutatione.
Increbescere, C. pro maior fieri crebrior, & peruulgari.
Inculcare, Cic. pro imbuere vel infarcire.
Incombere in aliquam rem vel ad aliquam rem, C. pro innitendo operam nauare alicui rei.
Index ē pro viro qui aliquid indicat, V. pro delatore.
Inducere in animum vel animū, C. decreuit & statuit.
Inducere nouum morem, vel verbum, V. nouum morē incipere facere.
Inuenire fingere vel facere nouum morem, Ci. pro auctorem esse.
Indulgentia etiam in laudem vtitur, Cic. pro nimia beneuolentia.
Inire, Cic. pro ingredi.
Inire gratiam ab aliquo, V. acquirere amicitiam, vel bonam gratiam alicuius.

Inire conuiuia, Cic. pro ire ad conuiuia.
Inire magiſtratum pro accedere ad magiſtratum.
Inire conſilium, vel rationem, Cic. pro deliberare, cogitare, conſtituere.
Inferre infamiam alicui, V. infamare aliquem.
Infans & infantia, citra proprium ſignificatum notat etiam, Cic. pro inſcitia.
Sic infans homo, Cic. pro ignaro.
Inferior ætate, facultate, fortuna, Cic. pro minor eſt, cõtra vero inferior.
Inferre pedem in aliquo loco, C. pro ponere pedem.
Inferre ſe in aliquem locum, Cic. pro ingredi & ire.
Inferre bellum, arma, ſtuprum, probrum, infamiam, labem alicui, Cic. pro dare & facere.
Sic inferre vim, manus, crimẽ, periculũ, diſcrimẽ, metũ.
Infeſtus, a, um, Cic. pro valdè inimico & ſibi acerbo, cũius contrarium eſt propitium & amicum.
Infeſtus alicui & in aliquem.
Inficere, Cic. pro imbuere.
Hinc infector, V. tinctor.
Inflammare, Cic. pro incitare, & hortari.
Informo, as, V. dare principia artis & fundamenta.
Infraſedere vel accumbere, Ci. pro ſedere vel accumbere ad lęuam.
Supra vero ad dextram vel ad locum dextrum.
Infra aliquem eſſe, Cic. pro inferiorem eſſe vel ætate, vel fortuna, vel facultate.
Infringere translatè, Cic. pro debilitare.
Ingraueſcere, V. grauius, & moleſtius.
Ingredior ad vel in, Cic. pro incipere, vel aliquid inſtituere.
Iniens ineuntis, V. incipiens.
Imponere, vel mandare aliquid alicui, V. iniungere.
Inopinatum, Cic. quod eſt improuiſum.
Inſcribere, V. facere ſuꝑſcriptionẽ, vel titulũ, vel ĩtitulare.
Inſcriptio, C. pro titulo & nomine libri.
Inſectari, Ci. pro aut ſtudioſe inſequi, aut inuehi verbis grauioribus in aliquem.

Inſignia

Insignia,Ci.pro gñis,nominis,& honoris ornamentis.
Insolens.Cic.pro arroganti & superbo.
Insolens,C. ꝑ non solito aliquid agere vt insolens feci. Hinc insolenter & insolentia.
Instauro,V.restauro.
Instituere,C.ꝑ pricipio aliqd agere,aut erudire aliquẽ.
Insusurrare,V.loqui aliquem ad aures, vel dicere in aurem aliquid alicui.
Integer,a,um,C.pro recenti, cui fessus opponitur.
Integrum alicui aliquid esse, C.pro aliquid alicui esse liberum vel posse liberè aliquid agere.
Intelligens,Cic.doctus alicuius rei.
Intelligentia, V.intellectus.
Intendere manum vel digitum, V.extenso digito, aut manu aliquid monstrare.
Intendere animũ ad aliquid, C.ꝑ dirigere se ad aliquid.
Intendere aliquò,C.pro cogitare aliquò ire,vel cursum dirigere.
Intẽdere vocẽ,arcũ,V.extollere.cui⁹ remittere est cõtrariũ.
Intentare,C.pro aliquid in aliquẽ dirigere.
Inter vt amant inter se,V.pro amant se inuicem.
Inter cœnam,C.pro inter cœnandum.
Intercedere alicui rei,C.pro impedire rem aliquam.
Internuncius,V.intercessor,& mediator.
Interiectum esse,C.pro medium, aut in medio esse, aut inter aliquos.
Interior,us,C.pro penitior & secretior.
Sic intima quæ,V.secreta,& penitissima vocat.
Internoscere,V.dignoscere,vel discernere.
Interponere aliquid in scriptis, V. inserere.
Hinc ĩterpositio,qđ inter versus vel supra hoc scibiť.
Interponere se alicui rei vel ad aliquam rem, V. immiscere se alicui rei.
Interuallũ,V.longo interuallo,V.ĩteruallo post, vel diu post.
Intestato,aut ĩtestatũ mori,V.sine testõ mori.
Intra modũ vel legẽ,V.minus quàm decet, vel oportet.
Inuehi in aliquem,Cic.pro insectari & verbis grauibus exagitare aliquem.

Inurere notam aliquam alicui, Ci. pro commouere dolorem alicui.
Ita, nec ita, vel non ita, V. pro non valde, nō tam, nō diu.
Item cum vt vel vti, V. similiter.
Iterum & tertio, V. secundo & tertio, vel bis & ter.
Iubere saluere, Cic. pro salutare.
Iuncta verba, Cic. pro composita.
Iungere amicitiam, charitatem, consuetudinem cum aliquo, V. accipere amicitiam cum aliis.
Iungere rem, vel rationem cum aliquo, Ci. pro cōicare.
Iuratus, iuratus sum dicturus, quæ in concione dixi, V. sine iuramento & cum iuramento.
Iurisdictio, V. visitatio carcerum, vt Romæ. i. iuris administratio qua decernitur, quod cuiq; debeatur.

L

LABEFACTARE, Ci. pro infirmare & conuelle. e, V. angichilare & detrudere.
Laborare, vt non laboro, C. pro non curo, nihil facio.
Laborare, Cic. pro ægrotare, & proprie & translatè.
Latere, me latet, V. me non latet, C. me fugit.
Lautus cibus, V. delicatus exquisitus & elegans.
Sic lautus homo, Cic. splendidus & elegans.
Laxam diem statuere, Cic. pro longum diem statuere.
Legare sibi aliquem, Cic. pro deligere sibi legatum.
Legere, Cic. pro deligere.
Leuare, Cic. pro leuius facere, vel imminuere.
Librarij, Cic. pro qui libros describunt, nunc pro calcographis & typographis.
Licere, Cic. placere, videri velle.
Litura, V. maculatura & cassum.
Locare, Cic. pro faciendum vel curandum aliquid alicui certa pecunia committere.
Longe esse, Cic. pro distare.
Longom est dicere, V. prolixum nimis est.
Longius nihil est, V. mille anni mihi videntur.
Longus, a, um. Barb. prolixus, a, um.
Lucet vel lucescit, Cic. pro dies est.
Hinc lux pro die.

Ludibundus

Ludibundus, Cio.pro ludens, vel ludendo.
Lumē, C. ꝑ ea parte ędiū, qua lux hauritur vel illustrat.
Lumen, V. candela.
Lumina, C. pro oculis.

M

MALVM. vox increpandi, vt quàm (malum) est ista ratio?
Manceps, C. ꝑ qui à fisco aliquid conducit, vel à populo.
Mancipio rem dare, vel accipere, V. alij dñium tradere.
Mandare alicui magistratū & honores, C. pro cōcedere.
Mandare literis, monumētis, historiis, versibus, scriptis, animis, memoriæ, C. pro his quę cōseruare volumus.
Manare. Cic. pro defluere, descendere, & oriri,
Maximè cum qui, vel cum, vt sum amicus tibi, quàm qui maxime, vel vt cum maxime, V. magis esse non possemus, vel vt nemo magis esse posset.
Maximè quòd, Cic. pro pręsertim.
Medius, V. neuter. i. qui neutri parti hæret, neutrale.
In medio aliquid ponere, V. facere aliquid, vel esse vsui iudicio liberum & commune.
E medio tollere, C. ꝑ his q̄ iacēt erigere & extollere.
Memoria nostra hæc fuerunt, Cic. pro ętate vel tempore nostro.
Memoriæ traditum est, Cic. pro scriptum est.
Merces, dis, V. annuos redditus ex prædiis, & fundis.
Hinc mercedula.
Mereo, es, V. operarius lucratur tres argenteos, in diem, Cic. meret dicit.
Hinc merere vel mereri stipendia, Cic. pro militare.
Hinc benè, & malè mereor de aliquo, Cic. pro beneficia conferre in aliquem.
Metior, V. pro mensuro.
Hinc metator, V. misurator.
Micare venas, V. pulsare manus, battere il polso.
Miscere, vel dare biber, V, infūdere, dare potū & ꝓpinar.
Miseratio. Cic. pro miseratione, & commiseratione.
Mittere sanguinem, V. secare. Cic incidere venam, cauar sangue.
Missum facere, C. ꝑ dimittere, omittere, prætermittere.

Moderari cum accusatiuo & datiuo, Cic. vtitur.

Modicum & modice etiam, Cice. pro modestum & modestè, moderatè, mediocriter.

Modus, V. tactum, vel mensuram in cantu, & etiam cōcentum ipsum canendi & cantum.

Momentum, V. pro puncto & valore.

Momenta, V. pro occasionibus & imitationibus.

Mordicus auriculam alicuius auferre, V. demordere dētibus aurem.

Morari aliquem, V. impedire aliquem.

Multo etiam cum superlatiuo, Cic. vt multo iucundissimus.

Multum esse in aliqua re, nimis prolixum esse.

Multum esse, vel multi æstimari, Cice. pro magni æstimari.

Multa nocte aliquid fieri, Cic. pro valde sero, vel valde vesperi.

Munire viam ad aliquid, Cic. pro facere vel tutam reddere.

Mutari ciuitate, Cice. pro alterius ciuitatis ciuem fieri.

Mutuor, aris, Cic. pro sumere mutuum.

Sic dare mutuam pecuniam, mutuas vestes, vel sumere, & non mutuo sumere, vel dare.

## N

NARRO, Cic. pro confirmo, vel dico.

Natu vt maior, vel minor, vel minimus, vel grandis natu, V. habet magnum tempus.

Nauare, Cic. pro opere ipso & effectu aliquem iuuare, aut operam dare alicui.

Ne multis, ne plura, Cic. pro ne multis agam, ne plura dicam.

Ne dicam, vt plerique peruerse, ne dicam imprudenter, Cic. pro dicere nolo.

Nedum, Cic. pro non modo, quo minus.

Necto is, Cic. pro coniungo & vna copulo.

Nefas

Nefas esse, vel nefas habere, Cic. pro non licere.
Negantia & aientia, C. pro negatiuis & affirmatiuis.
Nemo homo, non nemo, vnus nemo, Cic. vtitur.
Nihil dum, vel nihil tum, Cic. pro nondum.
Nomen, V. debitũ, vel debitores, Cic. nomen erat xxx. sestertijs.
Nominatim, Cic. pro singulariter, cui generatim opponitur.
Nubere alicui, cum aliquo, & in domum alicuius, sed non ab aliquo, Cic. vsurpat.
Numerare, Cice. pro soluere, satisfacere, vel dare pecuniam.
Numerus esse in numero, vel venire in numerum, V. esse in estimatione & loco.
Numerus frumenti, vini, pecuniæ, Cic. pro quantitate copia frumenti.
Numerus in cantu, V. tactum, concordantiam, & conuenientiam.
Nuncius tantummodo, V. nuncium & nuncius, pro re nunciata & renunciante.

O

OBDVRESCERE ad vel contra aliquid, V. facere callum.
Obire, Cic. circumire regiones & loca.
Obire rem aliquam, Cic. pro agere & exequi.
Obire tempus iudicium comitia, Cic. pro adesse præstemus & peragamus.
Obire, Cic pro mori, vnde obitus.
Obligare, Cic. pro ligare & obstringere.
Obligurire fortunas, V. per os & gulam omnia bona sua consumere.
Obsequium, Cic pro ea facultate, qua alicuius voluntati seruimus.
Obseruare aliquem, V. in honorem habere, vel tenere aliquem, Cic. pro honorem exhibere alicui.
Hinc obseruans & obseruantia.
Obseruandissimus colendissimus Reuerendissimus, barbara sunt sed obseruantissimus alicuius.

Obsi-

Obſignare literas, V. ſigillum ſuum appendere chirographum ſuum ſubſcribere.
Obſignare epiſtolam, V. claudere.
Obſtruere luminibus, V. capere, vel auferre alicui lumen vel proſpectum.
Obteſtari, C. pro quaſi ſupplex obſecro, & īploro auxiliū.
Obtineo, Cic. pro teneo & habeo.
Obtingit, V. pro ſorte alicui cecidit, uel obuenit.
Obtutus, Cic. pro uiſu uſque uidendi.
Obſeruari aliquid alicui ante oculos, V. repræſentari.
Occurrere alicui pro obuiam ire alicui.
Sic & anteuertere & præuenire.
Offendere etiam, Cic. pro impingere, inciampare.
Offerre ſe alicui rei, uel ad aliquid, Cic. utitur.
Offundere tenebras, Cic. pro obſcurare aliquid.
Omnis & hoc omne, Cic. pro totus ta, tum.
Opacare, Cic. pro vmbra tegere vmbram facere.
Opacus Cic. cui opponitur apricus.
Oportunitas, Cic. pro commoditate & vtilitate.
Oportunus a, um, Cic. pro commodus a, um.
Orbem ſaltatorium, V. chorea rotunda.
Ordine, vel ex ordine aliquid facere, C. facere quomodo aliquid debet contra extra ordinem.
Ortus, Cic. pro origine, & initio alicuius rei.
Os, ris, Cic. pro facie.
Otium, Cic. pro tempore, quo vel bello vacamus, uel literis operam damus.
Otioſi etiam dies, Cic. pro feſtis diebus.

P

PAR ac par atque par & cum, Cic. pro æqualis uel ſimilis ſicut. ſic pariter atque, pro æquè atque.
Pars magna, maiore, maxima ex parte, vel magna parte, C. vtitur. ſic maiorem partem pro magna ex parte.
Partes meæ ſunt, pro officia & munera, V. debito mio.
Sic dicitur primas do huic, tibi ſecundas, illi tertias, non addendo partes.
Pro mea parte, Cic. pro quantum poſſum, vel pro quantum meæ partes permittunt.

Peccare

Peccare aliquid, quid multum, nihil C. usurpat.
Peius odisse, Cic. pro magis, vel plus odisse.
Pendere ex aliqua re, vel aliqua re, C. usus est.
Per valetudinem non possum, Cic. propter ualetudinem vel valetudine sine te.
Peragrare, Cic. pro iter faciendo, omnia loca lustrare.
Percello præterito perculi, & perculsus sum hic tantum, C. vtitur pro perturbaui, aflixi, deieci.
Percrebescere, C. pro frequēs esse, & frequenter versari.
Perducere aliquem ad aliquid, Cic. pro ducere.
Perducere vel vsque ad, V. extendere.
Perfugium, V. refugium.
Perfungor, C. pro defungor, pro fero, uel perfero.
Perhorrescere, Cic. pro terrere vehementer.
Periclitari, Cic. pro periculum, vel facere, vel periculum subire alicuius.
Periculum non est, Cic. pro timendum non est.
Periculo suo dicere, V. suo sumptu sic danno.
Facere periculum, Cic. pro experiri.
Perimo, Cic. pro occido.
Perinde, ut, ac, quasi, atque, Cic. pro æquè.
Permiscere, C. pro miscere.
Permulgere, C. mulcere.
Permutare pecuniā, V. accipere pecuniā de mensa, quæ hic, vel alibi reddat, pigliar danari p lettere di cābio.
Hinc permutatio.
Permutare pecuniam. V. dare pecuniam ad mensam, vel dare pecuniam vt alibi reddatur.
Vnde publica permutatio, lettera di cambio.
Pernoctare, V. tota nocte dormire alicubi, uel nocte alicubi esse.
Perpetuitas, C. pro re continua & immutabili.
Perpetua oratio, Cic. pro continenti sermone, & non interrupto.
Sic perpetua historia dis. & scrip.
Perquàm, C. ualdè admodum.
Perscribere, V. ponere in carta.
Persequi, vt iniurias, morē, C. pro vlcisci & vindicare.

Persequi

Perſequi, Cic. pro eo, qui ſcribendo & dicendo aliquid conſectatur, Cic. pro ſcribere .i. literis vel oratione & dicere aliquid.
Perſtringere, C. pro deſcribere, vel arguere aliquem.
Perſtringere breuiter, celeriter, leuiter, vel ſimpliciter, Cic. pro breui vel paucis aliquid dicere.
Pertinere, C. pro ꝑuenire, tēdere, extēdere, & attingere.
Perturbare res, Cic. pro confundere res.
Hinc perturbatio.
Peruadere incendiū per agros, Cic. pro extendere.
Peruagatus a, um, Cic. pro vulgare & peruulgare.
Peruertere, Cic. pro euertere & inuertere.
Peruulgare, Cic. pro commune facere omnibus, & edere, vel proponere aliquid omnibus.
Petere, Cic. pro proficiſci & iter facere.
Placere alicui, Cic. pro bene vel bonum videri.
Pondus ſic vtitur, Cic. magnum auri pondus.
Pondus, V. pro valore.
Ponere multū operæ & ſtudij, C. ꝓ elaborare & ſtudere.
Ponere in laude, Cic. pro laudare, in vitio pro uituperare, in metu pro timere.
Ponere beneficium, aut aliquid apud aliquem, conferre beneficium vel collocare.
Ponere, C. pro æſtimare, vel aliquid alicui tribuere.
Popularis meus tuus, V. conterraneus, paeſano.
Portorium, Cic. pro uectigali.
Portitor, Cic. pro publicano.
Poſſum, ut non poſſum quin exclamem, V. non poſſum omittere, ego debeo exclamare.
Poſt hominū memoriā, poſt homines natos, V. quandiu ſtetiţ mundus quādiu homines fuerūt & ab initio mūdi.
Poſtulare aliquem de re aliqua, Cic. pro accuſare.
Poteſt exire de poteſtate, V. non eſſe apud ſe.
Potio pro medicamēto, & pro eo qđ bibitur, C. vſurpat.
Potiri regni, rerum, ciuitatis, Ci. pro habere imperium, ſummam poteſtatem, dominari cum genetiuo.
Potior eſſe aliquid aliquo, Cic. pro præponi aliquid alicui.

Præ

Præ cum causam significat, Cic. pro prout, præ fletu, per il pianto.
Præ cæteris, cum comparatione notat, V. respectu aliorum cæteris doctus.
Præcidere, Cic. pro amputare, translatè pro auferre & abrumpere.
Præcipitare in aliquam rem sine se paß. C. pro præcipitem ferri.
Præcipitata ætas, Cic. pro senectute.
Sic præceps senectus.
Præcipuè, V. particulariter.
Præcipuè, Cic. pro præsertim.
Præcipuus a, um, V. particularis, C. pro proprius, a, um.
Pręcurrere, Cic. pro præcedere cum accusatiuo.
Præfamur honorem, V. sit uenia dicto vel facto, vel cum venia.
Præfinire, Cic. pro præstituere & præscribere.
Præiudicium, Cic. pro eo quod ante statutum, futuri iudicii vt exemplar erat.
Præmiis affectus nominatim, V. priuilegiatum.
Præsens animus. V. intrepidus, & interpidè faciens.
Præsens remedium, auxiliũ, & huiusmodi, Cic. pro certo prompto & parato.
Præsentio, V. præsagia.
Præses diuus Petrus Romanis, V. patronus & defensor Hinc præsidere Vrbi.
Præstare aliquid alicui, V. fà cere bonum aliquid alicui.
Præsto esse alicui, & ad aliquam rem, Cic. pro præsens est, adesso.
Præter cæteros, V. magis vel plus cæteris uel quã alij.
Præterea cum omni genere, V. ultra di più.
Præuaricari, Cic. pro exulcerari, & corrumpi.
Hinc præuaricator & præuaricatio.
Primo quoque, tẽpore venias, V. veni al più presto che sia possibile, che puoi.
Princeps in aliqua re, Cic. pro primus.
Principatus, V. primatum.
Principio, C. vtitur in initio exordiendæ alicuius rei.

Priui-

Priuilegium est singulorum immunitas, Cic.contra, V. multorum ut ciuitatum & similium priuilegium dicunt cum immunitate donari immunes esse, vectigalibus liberari, Cic. vsurpet.

Pro tua dignitate, V. secundum dignitatem tuam, vel quantum postulat tua dignitas.

Pro æde Castoris, Cic. pro ante ædem Castoris.

Probè, Cic. pro bene & rectè.

Procedere in uirtute, C. pro ꝓficere & progressus facere.

Procedere ætatem, V. seniorem & antiquiorem fieri.

Procedere honoribus longius, C. pro peruenire ad magnos honores.

Procedere ratione & via orationem, C. pro methodicè orationem instituere, vel secundum methodū dicere.

Procedere, Cic. pro succedere vt prospere vel ex sentētia.

Prodeo is, Cic. pro exeo is, vt in publicum prodiit.

Prodire obuiam, V. obuiare & exire obuius.

Prodere, C. pro in lucem edere, & etiā pro insidiose hostibus aliquid tradere contra leges.

Prodere memoriæ, & memoria proditum est, Cic. pro scriptum est.

Producere sermonem, diem, tempus, V. prolongare.

Proferre, idem quod producere.

Profiteri apud aliquem, V. assignare alicui & indicare, quantum vini, olei, & similium possidemus.
Hinc professio, V. pro assignatione bonorum.

Profundere bona, V. largè effundere, sprecare & consumare.
Hinc profusus, V. immodestus.

Progignere, Cic. pro progenerare.

Prolixus a um, Cic. pro liberali, largo, facili, prompto in dando, & conferendo aliquid & non pro longo.
Hinc prolixè, pro liberaliter, beneficè, promptè.

Promereri. C. pro mereri.

Promere, C. pro recondita in lucem proferre utitur.
Hinc promptus, & in promptu esse pro non reconditum se ad manum esse.

Prope à Sicilia, non seruiens accusatiuo, sic propius, C. usurpat.

Pro-

Properè properãter, veteres, sed C. festinãter, celeriter.
Propior, V. proximior, quod barbarum est.
Proportione, V. proportionabiliter, & barbare dicitur.
Propter Siciliam, C. pro propè & apud.
Prorogare diem imperium, V. prolongare & dilatare.
Prosa oratio non est Ciceronianum, dicit enim C. solu tam liberam vel numeris non adstrictam orationem.
Proscribere aliquid, V. scribere aliquid esse venale pro- clamare publicare.
Præscribere, C. pro damnare, & in exilium eijcere.
Prosequi C. prosequi aliquem honoris & officii causa.
Prosequi dicendo, uel scribendo, C. pro persequi.
Prostituere non utitur Cic. sed pro eo, vulgare se omnibus, vel diuulgare se ad omnes libidines, collocare se in vita meretricia palam.
Pro protectore, Cic. utitur patrono, vel defensore, uel parente.
Protector barbar.
Protestari apud latinos, nõ legit, sed testari, vel cõtestari.
Prouehi orationem, Cic. pro produci, & prorogari.
Proximè etiam cum accusatiuo, ut propè, C. utitur.
Puluinar, Cic. pro toris in quibus Diui in templis recumbebant.
Puluinus, C. pro puluinari utitur, il guãcialetto cosṡino.
Pusillanimus, pusillanimitas, pusillanimiter, C. non utitur, sed pro his paruum Animũ, angustias animi, ut est parui animi, angusti, humilis, fracti.

## Q.

Qua, V. quoad vel quantum pertinet ad.
Quadrare orationem, uel in quadrum redigere, Cic. explere & perficere numeris.
Quærere, V. examinare, & iure uidere.
Hinc quæsitor, V. examinator. i. qui præest qõni.
Sic quæstione pro huiusmodi inquisitione & examinatione.
Quamobrem cum causas notat, cic. pro quare.
Quampridem, uel quamdudum uenit ille? admiratiuè, vel Inter, V. quamdiu est quod uenit, uel quamdiu

est ex

est ex quo uenit ille? vel quantum tempus est.

Quam mox Interrogantis, pro quampridem, Cic. sed si ne in terrog. pro cito vel statim, vel quanto tempore.

Quando cum causam notat, Cic. pro cum, vt id habes quod quando complexus es, tenes.

Quemadmodum, Cic. pro quomodo, ut uelim exquiras quemadmodum se gerant.

Queror apud te de aliquo, uel cum aliquo, vel aliquo hanc rem, Cic utitur.

Quid, vel quid enim vox contendendi cum interrogatione, ut quid, quid enim, Cic. usurpat.

Sic quid ergo?

Quid ad te, quid mihi tecum, aut cum aliqua re, V. quid habeo tecum faciendum.

Quid quod, ut quid quod idem sentio, V. quid tibi videtur, uel quid ait quod idem sentio.

Quid fiet illi, uel quid faciam illi, V. quid fiet cum illo, vel de illo, vel quid faciemus cum illo.

Quid multa, Cic. pro quid opus est multis uerbis.

Quid est, cur, uel quamobrem, vel quòd, Cic. pro quæ nam est causa cur, vel quòd, vel quamobrem.

Quidem frequenter post ille vel is, Cic. vtitur, ut ille quidem, is quidem.

Quin pro ut non, ut nihil abest quin sim miserrimus, V. quod non.

Quin, Cic. pro qui non, vel quæ non vt nemo est, quin existimet pro qui non existimet.

Quin post negandi uocem, Cic. pro cur non, ut nihil est causæ quin ad te veniam.

Sic etiam initio sine negat. antecedenti, ut quin prodis Marce, pro cur non.

Quin in exaggerando, Cic. pro immo, ut non rogo, ut redeas quin hinc euolare cupio. sic quin etiam.

Quomodo, Cic. pro vt, uel sicut, uel quemadmodum.

R

RECENS ut epistola, uel sermo, C. vsurpat.

Recẽtes, uel potius recẽtiores, V. moderni vel neoterici.

Redigere pecuniam, C. pro conficere.

Redi-

Redigere in memoriam, V. fac me meminiſſe vel recordari.

Redimere fundum, Cice. pro conducere aliquid faciendum, V. recipere aliquid faciendum.
Hinc redemptio, & redemptor.

Redundare, V. ſuperfluum eſſe.

Redundantiam, V. ſuperfluitatem.

Referre animum ad ſtudia, Ci. pro aduertere animum.

Referre acceptum vel inacceptum, vel datum vel expẽſum, V. ſcribere in libro recepti, vel expenſi.

Referre rationem, C. dare rationem.

Referre aliquid, vel de aliqua re ad ſenatum, V. proponere aliquid in ſenatu.

Reficio, C. pro recreo, V. refocillo.

Reputare, C. pro diluere, & infirmare, reprimere, coercere, redarguere.

Regificè, V. regaliter.

Regnum, Cic. pro monarchia & tyrannide.

Relatio & relatiuum barbare, C. comparatio & collatio.

Releuare, Cic. pro leuare.

Relaxo cuius contrarium eſt aſtringo, Cic. vtitur.

Remittere, Cic. pro relaxare, V. diſlaciarſi, quia aſtringo contendo agiaciare intoſtire, & far duro, translatè, remittere, & relaxare animum, Cic. non ſemper curis eſſe intentum.

Remunero & remuneror, cum accuſatiuo remunero te hoc munere, & non tibi, Cic. vtitur.

Reponere aliquem in numero, vel numerum, Cice. pro ponere, & tenere.

Repræſentare, Cic. prompta pecunia ſoluere.
Sic repreſentatione emere.

Reſcindere, V. irritum facere aliquid.

Reſidere, V. ponere ſe ad ſedendum.

Reſpectu non dicitur, ſed cauſa, vel ratione amicitiæ, C. nam reſpectus eſt vt conſpectus.

Reſtare, Cic. pro manere & conſiſtere.

Reuellere, cuius præteritum reuelli, C. pro tollere quod fixum eſt, V. ſcippare.

Reuiuiſcere, V. reſurgere:
Rogare legem vel prouinciam, V. orare populum, placeret ne decerni quod propoſuerant.
Hinc Rogatio.

S

SALTARE, Cic. pro ducere choreas & tripudiare.
Hinc ſaltatio pro chorea.
ſic ſaltator & ſaltatrix.
Salue, V. bona dies, bonus veſper.
Salutaris vel ſalubris, V. ſalutiferum.
Sarta tecta, C. pro benè prouiſis & reparatis.
Scibilis barbarum eſt.
Scire latinè & grecè, Cic. dicit.
Scitè, Cic. pro ſcienter.
Scitus, a, um, C. pro ingenioſo, docto & acuto.
Scrupuloſum, & virum bonæ conſcientiæ, barbar, C. pro his dicit virum ſanctum, rectum virum.
Scribere ſua manu, V. propria manu.
Scriptura, Cic. pro vectigali pecorum.
Secundum hunc diem, C. pro poſt hunc diem, ad Attic. poſt te nihil eſt mihi amicitius ſolitudine.
Sententia, vt ex ſententia ſunt omnia, Cic. pro ſecundum ſententiam.
Sic de ſententia alicuius facere, V. prout aliquis ſuaderet conſuli.
Sermo, C. pro dialogo.
Sermonem dare, vel excitare, vel in ſermonem venire, vel incidere, V. facere vt de ſe omnes loquantur, vel aperire os omnibus.
Siccus, a, um, C. pro eo qui non nimium potator eſt, cui vinolentus oppponitur.
Significatio, notatio, notio, nis, V. ſignificatum barb.
Signum, Cic. pro ſigillo.
Similiter cum poſt ſe, vt, vel atque, vel ac, Cic. vtitur.
Simul, ſimul ac, ſimul vt, ſimul atque, Ci. pro quāprimū.
Singuli æ, a, in numero, multitudine tm̃, Cic cui numeroſus opponitur ſingulis in ciuitatibus, vix ſingulos inuenies, V. vix in vna tota ciuitate vnum inuenies.
Siſtere

Siſtere ſe, aut aliquem, aut aliquid, V. comparere, vt cras me ſiſtam, domane compariró.
Solatium, quod Poetæ ſolamen, Cic. pro conſolatione non pro oblectatione.
Solummodo barbarum eſt pro quo, Cic. tantummodo, duntaxat, ſolum.
Somniculoſus,a,um, V. ſomnolentus,a, um.
Sonorus,a,um, poeticè, Cic. canorus,a,um.
Spacium, Cic. pro temporis interuallo, & pro loco ambulatur animi cauſa.
Speciatim, nominatim, vel præcipuè, V. ſpecialiter. Sic præcipuus,a,um, V. ſpeciale particulare.
Spontaneus barbarè, latinè voluntarius,a,um.
Stare, C. pro certum eſſe, vt nobis ſtat illud, vnà viuere.
Stare conuentis, vel iudicio, cum ablatiuo, V. acquieſcere iudicio, vel ſeruare, tenere, vel ſequi.
Stomachus, C. pro bile, vel ira, vel indagatione.
Studere homini alicui, vel ſtudioſum eſſe alicuius, Cic. pro adeſſe, fauere, & operam dare.
Sic ſum tui ſtudioſus, V. fautor, & amans, vñ ſtudiũ.
Suadeo tibi, V. conſulo tibi.
Sub, cum locum, ſitum, tẽpus, vel poſt cum accuſatiuo, C. cum cętera ablatiuo ſeruit, vt ſub ſignis habeo.
Subditus non dicitur, ſed alicui ſubiectum, ſub imperio, ſub regno, ſub ditione alicuius eſſe, Cic.
Subducere, C. pro tollere, vel auferre.
Subducere ratione, V. ſubtrahere computum.
Sublimè aliqua fixa, V. in alto fixa.
Subſcribere cauſæ eſt accuſatorum in nomen rei, Ci. & non obſignare, vel ſignare literas.
Subſcribere cauſam eſt iudicium, qui in cauſa ſubſcribebant, & ita iudiciũ aliquod ſententia ſua approbabãt. Hinc ſubſcriptio & ſubſcriptores in hoc ſenſu.
Subeſſe interdũ, C. pro non procul, aut non diu abeſſe.
Subcinctus,a,um, V. accinctus,a,um.
Sufficienter barb. C. abundè, ſatis commodè
Summa ad ſummam forti animo eſto, V. in cõcluſione.
Sic ĩ hoc sũma iudicij cõſiſtit, V. ſubſtãtia, vel cõcluſio.

Superare cum datiuo, C. pro superesse, V. auanzare.
Superuacaneus,a,um, V. superfluus,a,um.
Suppeditare, Cic. pro satis esse, & sufficere.
Suppetere, Cic. pro suppeditare, & satis esse.
Supra cum quàm pro comparatiuè, Cice. hoc est supra quàm illud.
Sustinere vel sustentare equum vel currum, V. tenere, vel retinere.

T

TABERNA, Cic. pro loco vbi aliquid venditur, officina, vbi fit.
Hinc tabernarius, qui aliquid vendit in tabernis.
Tacitus,a,um, C. pro eo, qui tacet, & quod tacetur.
Tandem, aliquando, vt tandem aliquando temere desinam, V. verrà qualche tempo ch'io lasserò d'hauer paura.
Tantummodo, V. solummodo.
Temperatio, V. temperies.
Tempora numero multitudinis cũ quodlibet tempus, vel memoriam, vel ætatem significamus, Ci. vsurpat.
Tempus, vel tempora, mea, tua, sua, Cic. dicit cum quis in periculis versatur.
Teneo cum animi affectiones notat, Cic. pro habere, & obstringi, vt mei memoria te tenet.
Sic teneri aliqua re, V. obnoxium esse.
Teneri, Cic. pro deprehendi, palam argui, & patere.
Tentare manu, vel pede aliquid, V. palpare manu.
Tentari morbo, C. pro morbi initia, vel signa sentire.
Hinc tentatio ad hunc sensum.
Tentare, Cic. pro experiri.
Testari Deum, V. accipere vel implorare Deum testem.
Tinctorem barbari, infectorem appellat.
Totidem, V. æquè tot, æquè tantum, altretanti.
Tortura barbarè, C. tormentum.
Traducere cùm orationi tribuitur, Cice. pro mouere, & trahere.
Traducere tempus, vel vitam, V. transire tempus & vitam.

Traijcio

Traijcio & transmitto traijcimus exercitum, exercitus transmittit, Cic.& non contra.
Tribuere, Cic. pro distribuere.
Turbare, Cic. pro confundere, & commouere.

V

VACATIO, V.vacantiæ.
Vacationes Cic. pro immunitate munerum, V. vacantie & ferie.
Vacillant literæ, V. sunt curuæ scriptæ, son torte e male scritte.
Vaco & uacat est eadem significatio, Cic. pro non habere tempus.
Vacare etiam, Cic. pro vacuum esse, V. esser uote.
Valens Cic. pro robusto, & viribus & robore corporis, potente.
Valetudo & bona & mala, V. infirmitas, quæ latinè dicitur infirma ægra incommoda valetudo, vel infirmitas imbecillitas grauitas valetudinis.
Valor barbarum, Cic. pretium.
Vbique, Cic. non dicit, sed omnibus locis.
Vector, Cic. pro eo qui uehitur.
Vehementiam recentiores, Cic. acrimoniam dicit.
Venia, bona uenia, uel cum bona venia dicam, V. sit venia dicto.
Veniam dare, Cic. pro ignoscere, V. dare veniam abeundi quod latine facultatem, vel potestatem dicitur.
Veniam petere pro orare sibi ignosci.
Venire in mentem illius temporis, Cic. pro venire in mentem illud tempus.
Verbi gratia, verbi causa, Cic. dicit.
Vereor ne & vereor vt, eodem sensu, C. vsurpat pro uereor ne, sic metuo timeo.
Versuram facere, V. accipere pecuniam ad interesse, pigliare à l'interesso.
Versus, V. linea, uel libri, vel epistolæ.
Vertere solum, Cic. pro locum mutare.
Verti aliquid cum aliqua re, Cic. pro uersari.
Viam discendi, C. pro rationem, vel artem vel disciplinam

nam discendi.

Video, de hoc tu videris, V. tu de hoc curam habeas, di questo habbine il pensiero tu, ò ne lascio il pensiero à te, sic fortuna uiderit.

Videor, videris mihi doctus, V. videtur mihi quod tu es doctus.

Videris mihi scire hoc, V. videtur, mihi quod scis, vel te scire hoc.

Vindico aliquem, vel aliquid ab aliquo, Cic. pro tueor & libero.

Vis, Cic. pro significatione & potestate.

Visus nō pro oculorū ui & acie, C. sed pro re q̄ videtur.

Vituperatio, uel opprobrium, V. uituperium.

Viuere in diem, vel in horas, v. uiuere alla giornata, de di in di.

Vix dum, C. uix adhuc, uel uix dum epistolam legeram.

Vlcisci aliquem, v. ultionem sumere de aliquo.

Vltio non dicitur à Cicerone, sed uindicta.

Vltimus, C. pro interuallo & loci spatio.

Vltrò citroque, v. da l'una banda e da l'altra, ut in Ver. qui vltro citroque nauigant.
Sic pro multis uerbis ultro citroque habitis.
Sic beneficia ultro citroque data & accepta Att.

Vnde aut duo de viginti, triginta, V. octodecim, nouendecim, trigintaocto, Cic. is undeuiginti annos natus erat duodequadraginta annos.

vniuersus, a, um, Cic. cui opponuntùr singuli æ a.

vniuerse generatim, Cic. sigillatim contra.

vnus aliquis, Cic. pro aliquis per omnes casus.

vocare aliquem in inuidiam, in discrimen, v. facere inuidiam alicui.

volo alicuius causa, uel uolo alicui, Cic. pro faueo & amo aliquem.
Regis causæ si qui sunt, qui uelint.

voluntarius, v. spontaneus.

volutatum esse in aliqua re, C. pro diligenter uersatum.

vsque dum, uel coniunctim, uel diuisim, v. insin tanto che, ò insin che, ut usque curæ erit quid agas, dū quicquid

quid egeris sciero.

Epist.hic manebo,usque dum ueneris.

vsque eo dum,Cic.pro usque dum.

vsque eo quoad,Cic.pro vsque dum.

Sic usque eo ut,v. intantum,ut.

vsque isthinc,uel indeusque, C.pro ab eo tempore quo.

vsque cum locum significat frequentius præponitur, ut usque Puteolos usque Romam crebrius quàm Romam usque.

vsque quaque,Cic.cui opponitur nusquam,v. per tutto per ogni luogo.

vsura, Cic.pro usu,ut usuram longi temporis sarciam.

vsus,Cic.pro utilitate,ut hoc est mihi usui.i. utilitati.

vsum esse uel usum intercedere cum aliquo,Cic.pro esse familiarem cum aliquo.

vsu uenire,C.pro accidere aliquid alicui.

vt,Cic.pro & si,quanquam,epistol.in quo, ut iam sit in his culpa.

vt admiratiue,C.pro quàm, aut quomodo, ut ille tum humilis ut demissus erat.Att.

vt cum uereor & metuo,pro ne, C.uereor ut dicas.

vt,C.pro exempli gratia,quod genus,ut ius eas cum uoceris.ad Herem.

vt ne, Cic. pro ne solum, sed ut ne quid noui decernatur,Epist.

vtique, Cic. pro igitur,uel omnino, hoc quidem vtique perficies.Att.illud vtique scire cupio ibi.

vti secundis uentis, uel aduersis, v. habere uentos prosperos vel contrarios.

Sic vsus honoribus imperio'.

vti aliquo, v. multum habere agere cum aliquo, uel familiarem esse alicuius.

vti aliquo ad omnia, v. multum se ualere de aliquo ad omnia.

FINIS.

Immunis sum ego ; d. C.